



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

LXVIII. Bonifacius III. Anno Christi 607. Phocæ Imperatoris 6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

*Baronium.* Papebrochius in Conatu apud  
Bollandum tom. 8. Maji pag. 92.

LXVIII.

BONIFACIUS III.  
ANNO CHRISTI 607.  
PHOCÆ IMPERATORIS 6.

Bar. an.  
606. §.  
1. 2. 3.  
Pag. §.  
2. 4.

**B**ONIFACIUS III. Romanus,  
patre Joanne Cataudioce natus,  
sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus,  
anno 607. XI. Kal. Martias Pontifex  
renunciatus est. Duo memorabilia  
hunc fecisse invenio: unum, quod  
habito in æde S. Petri duorum &  
septuaginta Episcoporum Concilio  
sub anathematis pœna cavit, ne agi-  
liceret de successore Pontificis Ro-  
mani, & cujusvis Episcopi, nisi  
post diem tertium ab ejus morte: al-  
terum, quod obtinuit à Phoca Im-  
peratore, ut nomen Episcopi *Oecum-  
menici* seu *Universalis* esset unius Pon-  
tificis Romani, atque ita frangeret  
turbulentam Cyriaci Episcopi Con-  
stantinopolitani temeritatem, qui sibi  
tale nomen arrogabat. (1) Anno  
607. IV. Idus Novembris exiit è vi-  
ta

ta mense Pontificatus octavo, die altero  
& vicesimo.

### ANNOTATIONES.

(1) Paulus Diaconus de Gestis Longobardorum lib. 4. cap. 37. *Hic (Phocas) regnante Papa Bonifacio, statuit, sedem Romanae & Apostolicae Ecclesiae caput esse omnium Ecclesiarum, quia Ecclesia Constantinopolitana primam se omnium Ecclesiarum scribebat.* Baronius ad an. 606. §. 2. *Insensus Cyriaco Phocas id Imperiali edicto sancivit: & §. 6. Quod ergo expevit à Mauricio Gregorius, & non obtinuit, ut vanum hominem, titulum sibi indebitum usurpantem compesceret, hoc à Phoca obtinuit Bonifacius, ut cogeret Cyriacum sibi inconcessa summentem. Sic igitur edictum Phocae non deducit primatum Ecclesiae Romanae, sed illi tantum jure competere nomen Oecumenici judicavit.* Eodem modo Bellarminus lib. 2. De Rom. Pont. cap. 17. *Phocas id sancivit declarando & asserendo, non instituendo aliquid novi.*

